

LATIN.

I.

CICERO, in *L. Catilinam*, II., III., IV.

(a) Translate :

Quamquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dicunt, non tam hoc queruntur quam verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum non ad Manlium quam ad Massilienses ire malit. Ille autem, si mehercule hoc, quod agit, nunquam ante cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet quam exsulem vivere. Nunc vero, quum ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit, nisi quod vivis nobis Roma profectus est, optemus potius, ut eat in exsilium, quam queramur.

(1) *Isti*. What is the force of the word ?

(2) Shew the connection of this passage with the argument.

(3) Before whom was this oration pronounced ?

(b) Translate:

Itaque illorum responsis tunc et ludi per decem dies facti sunt, neque res ulla, quæ ad placandos deos pertineret, prætermittenda est : iidemque iusserunt simulacrum Jovis facere majus et in excelso collocare et contra, atque ante fuerat, ad orientem convertere : ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis ortum et forum curiamque conspiceret, fore, ut ea consilia, quæ clam essent inita contra salutem urbis atque imperii, illustrarentur, ut a senatu populoque Romano perspicere possent.

(1) Mark the quantity of the penult. in *inita*, *pertineret*, *perspicere*.(2) Parse *responsis*, *placandos*, *inita*, giving the principal parts.

Translate :

Sed ea, quæ exaudio, Patres conscripti, dissimulare non possum. Jaciuntur enim voces, quæ perveniunt ad aures meas, eorum, qui vereri videntur, ut habeam satis præsidii ad ea, quæ vos statueritis hodierno die, transigunda. Omnia et provisæ et paratæ et constitutæ sunt, Patres conscripti, quum mea summa cura atque diligentia, tum multo etiam majore populi Romani ad summum

imperium retinendum et ad communes fortunas conservandas voluntate. Omnes adsunt omnium ordinum homines, omnium denique ætatum ; plenum est forum, plena templa circum forum, pleni omnes aditus hujus templi et loci. Causa est enim post urbem conditam hæc inventa sola, in qua omnes sentirent unum atque idem præter eos, qui, quum sibi viderent esse pereundum, cum omnibus potius quam soli perire voluerunt.

(1) Decline *aures*, *loci*, *soli* ; give the gender of *ordinum* ; conjugate *transigunda*, *pereundum* ; account for the mood of *viderent*.(2) *Conscripti*—What is the origin of the term ?(3) Distinguish *vereor ut* and *vereor ne*.(4) Turn into Latin—*We must all perish ; I see of what consequence it is to me*.

II.

VIRGIL—*Eclogues*.

(a) Translate :

MEL. Impius hæc tam culta novalia miles habebit ?

Barbarus has segetes ? en, quo discordia cives

Produxit miseros ! en, quæ consuevimus agros !

Insere nunc, Melibœe, pios, pone ordine vites :

Ite meæ, felix quondam pecus, ite capellæ.

Non ego vos posthac, viridi projectus in antro,

Dumosa pendere procul de rupe videbo ;

Carmina nulla canam ; non, me pascente, capellæ,

Florentem cytissum et salices carpetis amaras.

TIT. Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem

Fronde super viridi ; sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, et pressi copia lactis ;

Et jam summa procul villarum culmina fumant,

Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

(1) *Impius*, *barbarus*—Why these epithets ?